BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh.
Seite 90r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

foedere concusus quam xpus mosi. Legi gratia Nouū
testamentum uetteri. Cum ipse moses tale de eo testi
moniū reddat dicens populo quem docebat. Prophe
tam de gente tua et de fratribus tuis sicut me suscitauit tibi
dns ds tuus ipsū audies. Et paulo post et ipsa dni.
Prophetam suscitabo eis de medio fratrū suorū similem tui.
et ponā uerba mea in ore eius. Cuius operibus ammi
randis quae nemo alius fecit recte habitus aaron
mirauariate insignis comparatur. Uel ceste
uestes aaron multifarie omnē electorum coetum in
uaria personarū meritorumq; distantia xpo adhe
rentem designant. Teste apto quia ait. Quicumq;
enim in xpo baptizati estis xpm induistis. Cū aū
in persona aaron dnm saluatorem figuraliter insinu
atum accipimus. quid filios aaron qui et ipsi in sa
cerdotium unctis. nisi apostolos xpi apostolorumq; successores
et cunctos fidelium magistros significare dicamus.
Haec quidem ita principaliter de dno possunt accipi.
sed nos magis in eis quae ad significantiam nrae in
dno piae conuersationis pertineant. quaeq; ad cor
rectionem nrorum respiciant morum decet intueri.
Sequitur. Tiij. Facies q; uestem scam fratruo
in gloriam et decorem. et loqueris cunctis sapien
tibus corde quos repleui spū prudentiae. ut faciant